



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 1. Controversia de Successione in Parmensem Ducatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.
A. C. 1731.

HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
CONTINUATÆ.
LIBER CCXXVI.

CLEMENS XII. PONTIF. MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

Controversia de successione in Parmensem Ducatum.

Fluxerat hic Annus sæculi decimi octavi trigesimus primus pacis splendore & belli apparatu, tristibus ac luctibus intermixtus. Discordiæ potentissimæ erat Parmensis Ducatus, de cujus successione ingens mota erat controversia, quam, quemadmodum orta & continuata fuerit, ab alto repetere, ab instituto nostro haud alienum videretur præsertim cum in hac lite summi Pontifices potissimas fere partes habuissent. Parma fertilis Regio orientem versus Mutinensi Ducatui adjacet, juxta latus occi-

Sæc. XVIII.
A. C. 1731.

occiduum Mediolanensi. Dividitur in quatuor partes Parmensem, & Placentinum Ducatus, Buxetanam regionem, & Vallem de Taro. Parmensem Ducatum ab antiquo rexerat Dux proprius, cui Romana Sedes illum ceu Ecclesiæ feudum commisit, ea lege, ut quotannis in supremi Domini recognitionem sedecim aureorum millia summo Pontifici penderet. Variis postmodum belli calamitatibus afflictabatur Parma, quam aliquamdiu unacum Placentia Galli tenebant, id ægerrime ferente Leone X. Pontifice Maximo, qui cum Carolo V. Imperatore pro defendenda Romanæ Ecclesiæ dignitate, & recuperandis ditionibus per Gallos ereptis mutuam armorum societatem iniit, & utrumque Ducatum Gallis eripuit. Hoc Ducatu ex fœdere Pontifici restituto, Laurentius Medicæus Alexandrum Medicæum Caroli V. Generum Florentiæ Ducem interemit, ejus Conjux vero Margaritha præfati Cæsaris Filia postmodum Octavio Farnesio, qui Pauli III. Nepos erat, nupsit, hocque connubio Parmensem & Placentinum Ducatum Domui Farnesiæ intulit. Eo tempore a nemine disputatum, an dominium directum penes Avum Mariti, aut Patrem uxoris esset. Nec tamen diu pacifica hæc possessio

Dd 5

tenuit,

Sæc. XVIII. tenuit; priusquam enim Carolus Imp.
 A. C. 1730. Bononiam veniret, a tribus Pontifici
 Legatis monebatur, ut juraret, senus
 quam Pontificiæ libertati vim illaturum
 Cæsar vero ita provide juravit, ut
 de jure suo nihil decessurum testare
 tur, hisque verbis Placentiam & Parmam
 ceu Mediolanensi imperio antiquitus
 attributas, & beneficiario nomine Im-
 peratoribus obnoxias repetere crederetur.
 Aucta autem erat æmulatione
 alio prorsus infausto casu; cum enim
 Octavius Patrem suum, Petrum Aloysium
 Cæsaris jussu fuisse trucidatum
 suspicaretur, & Placentia sibi a Ferdinando
 Gonzaga Cæsareo Belliduce recepta necnon
 Parma obsessa fuisset, non belli, quod
Parmense vocant, flamma exarserunt:
 Octavius enim Henrici Galliarum Regis
 opem imploravit, quæ ille continuo addixit,
 & in Julium Papam & Cæsarem arma movit,
 quod ille Parmam, ceu feudum Ecclesiæ,
 hic vero tanquam Ducatus Mediolanensis
 appendicem Octavio esse pere tentassent.
 Interea temporis amplexu Ducatus
 varias subiere vicissitudines, quas tamen
 fusius attingere, Historiæ nostræ brevitatis
 dissuadet.

Demum anno currentis sæculi octavo
 Carolus VI. Italiam victricibus armis
 ingressus, Franciscum Farnesium Parmam
 Ducem

Ducem compulit, ut Ducatum suum Sæc. XVIII. A. C. 1731.
 velut imperiale feudum agnosceret; reclamabat vehementer Clemens XI. Pontifex; per conventionem tamen hæc controversia ad juris disquisitionem Romam remissa est. Qui Pontificiæ causæ favebant, antiquissimam allegabant donationem, quietam possessionem, & quidem multo antiquiorem ab ea, quæ Anno 1545. incepisset, cum Paulus III. utrumque Ducatum Petro Aloysio Farnesio in feudum Sedis Apostolicæ contulisset. Addebant, id quoque factum esse ipsum Leopoldum Cæsarem ejusque Consilium Aulicum in literis ad Innocentium XII. datis Anno 1691. die 14. Dec. & 1697. 27. Julii.

Contra Cæsarei multorum sæculorum possessionem opponebant, demonstrantes, hos Ducatus olim certo jure pertinuisse ad Imperium, nec constare, quod cum consensu totius Imperii fuerint alienati, aut in Romanam Ecclesiam translati. Tam firma videbantur Cæsaris jura, ut cum circa successionem in Ducatum Florentinum & Parmensem in Cameracensi congressu Anno 1721. quæstio moveretur, non jam actum fuisset, utrum Parmensis Ducatus Imperii vel Ecclesiæ feudum foret, sed duntaxat Cæsar prætenderet, sibi hos

Sæc. XVIII. hos Ducatus tanquam *feuda Imperii*
 A. C. 1731. conferendi jus esse, Hispani vero con-
 tenderent, illos *ceu bona allodialia Caroli*
 Philippi V. Filio ac Regio Infanti asse-
 rendos. Quinimo jam anno hujus se-
 culi decimo octavo de utroque Ducatu
 Fœderati Principes tanquam de re
 propria ac minime controversa dispo-
 suere, Pontificis consensu nequidem
 expectato; postquam enim Hispani Sa-
 diniam & Siciliam victoribus armis
 ementi fuerant, Imperator pristina
 Monarchiam restitui veritus, infans
 Hispanis Londini cum Gallis & Ang-
 lis foedus iniit, quod, cum eidem Hol-
 landi quoque accederent, *foedus quadruplex*
appellabatur. Statuebantur octo
 articuli, quorum quinto *eventualis*, ut
 vocabant, dispositio de Florentino,
 Parmensi, & Placentino Ducatu facta
 est. Tenor illius erat sequens. „Qui-
 „vero eo casu, quo magnum Hetruræ
 „Ducem, prout etiam Ducem Parmen-
 „Placentiæque eorumque Successores
 „absque liberis Masculis decedere con-
 „tingeret, ipsa ratio Successionis in-
 „ditiones ab iis possessas, novum fo-
 „cile bellum in Italia excitare posset,
 „ob diversa videlicet Successionis jura
 „quæ præsens Hispaniarum Regina,
 „nata Ducissa Parmensis, post dece-
 „sum priorum ante se hæredum
 „ex

Sæc. XVIII.
A. C. 1731.

„ex una, ex altera vero parte, Impe-
„rator & Imperium, in dictos Ducatus
„sibi competere utrinque obtendunt.
„Quo itaque gravibus ejusmodi con-
„tentionibus, & iis, quæ inde nasce-
„rentur, malis tempestive obviaretur,
„conventum fuit, ut Status seu Duca-
„tus, a præfatis Magno Duce Hetru-
„riæ, Parmæque & Placentiæ Duce
„modo possessi, futuris in perpetuum
„retro temporibus, ab omnibus Parti-
„bus Contractantibus agnoscantur, &
„habeantur pro indubitatis sacri Ro-
„mani Imperii feudis Masculinis. Vi-
„cissim sua Majestas Cæsarea per se
„ceum Caput Imperii consentit, ut, si
„quando casus aperturæ dictorum Du-
„catuum, ob deficientiam hæredum
„Masculorum contingat, filius dictæ
„Hispaniarum Reginæ primogenitus,
„hujusque Descendentes Masculli, ex
„legitimo matrimonio nati, iisque de-
„ficientibus, secundo aut alii postgeniti
„ejusmodi Reginæ filii, si qui nascen-
„tur pariter cum eorum posteris Ma-
„sculis, ex legitimo matrimonio natis,
„in omnibus dictis provinciis succe-
„dant. Quem in finem, cum Imperii
„consensu opus sit, sua Majestas Cæsa-
„rea, pro eo obtinendo, omnem ope-
„ram impendet, eoque obtento Li-
„teras expectativas, investituram even-
„„ tua-

Sæc. XVIII. „ tualem continentes, pro dictæ Regiæ
A. C. 1731. „ filio, vel filiis, eorumque deces

„ dentibus Masculis legitimis in dictæ
„ forma expediri, easque Regi Catho-
„ lico mox, vel saltem post duos me-
„ ses, a commutatis Ratificationum
„ tabulis, tradi curabit, absque ali-
„ tamen damno aut præjudicio, saltem
„ que per omnia Principum, qui dictæ
„ Ducatus in præsens obtinent, pos-
„ sessione. „

„ Conventum præterea inter Sacra-
„ Cæsaream Majestatem Regemque Co-
„ tholicum fuit, quod oppidum Libuni
„ in perpetuum sit & permanere de-
„ beat Portus liber, eo plane modo,
„ quo nunc est. „

„ Virtute Renuntiationis ab Hispa-
„ niarum Rege in universas Italice Re-
„ giones, Regna ac Provincias, que
„ olim ad Reges Hispaniæ pertinebant
„ factæ, ipse Rex præfato Principi
„ filio Urbem Portus Longi, unam
„ ea parte insulæ Ilvæ, quam in
„ actutum tenet, cedit, tradetque, quæ
„ primum dictus Princeps, extinctæ
„ Magni Hetruriæ Ducis posteritatis
„ Masculina, in actualem ejusdem Re-
„ gionum possessionem immisus fuerit.

„ Transactum insuper, ac solem-
„ niplicitate cautum fuit, quod ne-
„ quis prædictorum Ducatum ac Duce-

„num ullo unquam tempore aut casu
 „possideri possit, aut debeat a Principe, Sæc. XVIII.
A. C. 1731.
 „qui uno tempore Regnum Hispaniæ
 „obtinet, & quod nullus unquam Hi-
 „spaniarum Rex tutelam ejusmodi
 „Principis assumere possit, aut gerere
 „valeat.,

„Denique conventum est, & in id
 „omnes singulæque partes contrahen-
 „tes pariter sese obligarunt, nunquam
 „iri admissum, ut viventibus adhuc
 „præsentibus Ducatum Hetruriæ Par-
 „mæque Possessoribus, aut eorum Suc-
 „cessoribus Masculis, ullus unquam
 „miles cujuscumque Nationis, sive
 „proprius, sive conductitius ab Impe-
 „ratore & Regibus Hispaniæ ac Gal-
 „liæ, aut etiam a Principe ad eam
 „successionem supra designato, in dicto-
 „rum Ducatum provincias & Terras
 „induci aut ullum ab iis præsidium Ur-
 „bibus, Pontibus, Oppidis & Fortalitiis
 „in iis sitis imponi possit.,

„Ut vero dictus Regiæ Hispaniæ
 „filius ad Magni Ducis Hetruriæ, Par-
 „mæque & Placentiæ Ducis successio-
 „nem per hunc Tractatum designatus,
 „contra omnes Casus uberiore securi-
 „tate fruatur, certiorque de executione
 „promissæ sibi successionis reddatur,
 „necnon Imperatori & Imperio feu-
 „dum desuper constitutum illibatum
 „ma-

Sæc. XVIII. „maneat, ut Miles
 A. C. 1731. „præfidiarius, numerumque tamen
 „sex millium non excedens, in præ-
 „cipua ejusdem Oppida Liburnum
 „licet, Portum Ferrarium, Parmam
 „Placentiamque imponatur, ab He-
 „vetiæ pagis, vel ut vocant, cantonibus,
 „quibus cantonibus hunc
 „finem subsidium solvent tres partes
 „contrahentes, mediatoris vices ge-
 „rentes, ac Miles ille ibidem continen-
 „duetur, usque dum casus dictæ Suc-
 „cessionis, quod Oppida sibi commissa
 „dicto Principi ad eandem designatam
 „tradere tenebitur, existat, absque
 „ulla tamen molestia, aut sumptibus
 „præsentium possessorum, eorumque
 „Successorum Masculorum, quibus e-
 „tiam dicti Milites præfidiarii, jurame-
 „ntum fidelitatis sunt præstiturum,
 „nec aliam ullam sibi assument auctori-
 „tatem, præter solam Urbium tuarum
 „nem Custodiæ suæ commissarum.”

§. II.

*Solemnis protestatio contra hunc ar-
 ticulum ab Innocentio XIII. P.
 interposita.*

Quamprimum Innocentius XIII. Papa
 tam Londini, quam Cameraci in
 Parmensi & Placentinò Ducatu tan-
 quam